



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Varia in Vrbe Deiparæ templa Sanctorum reliquiis vel aliqua alia ratione
insignia, n. 29.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

*dejecit
tur Pasch.
II. Pont.*

cognovisset, indicta supplicatione ad locum accessit, Nucem præcidi, ac impios cineres in Tyberim projici jussit, aramque extruxit, quam multis in ea reconditis reliquiis consecravit. Gregorius IX. circa annum Domini 1227. Imaginem Deiparæ à Sancto Luca depictam ex loco, qui dicitur *Sancta Sanctorum* perlata cum omni clero ac populo in hoc templo reposuit. Sixtus V. eidem templo titulum Cardinalium dedit, septem altaria instar Templorum S. Petri, & Pauli designavit, easdemque indulgentias quas habet sancti Sebastiani templum est largitus; utque eorum commoditati, qui septem urbis Ecclesias obeunt; consuleret eis potestatem fecit, ut loco sancti Sebastiani hanc Ecclesiam visitarent.

S. MARIA SUPER MINERVAM.

S. Maria supra Minervam sic dicta à proximo Minervæ Chalcidicæ delubro, quod Pompejus Magnus, auctore Plinio libro 7. capit 26. Michridatico bello confecto, multisque Regnis ac gentibus in Romani Imperii ditionem redactis, ex hostium manibus decavit: ejus delubri vestigia in hortis cœnobii sacri Ordinis Prædicatorum, quibus hoc Deiparæ templum est demandatum, adhuc cernuntur. Paulus IV. hoc Templum Cardinalium titulo insignivit. In eodem Deiparæ Templo ad lævam summi altaris sacellum pulchre exstructum cum religiofissima Deiparæ imagine extat, in quo florentissima, & nunquam satis laudata Rosarii sodalitas in Urbe est erecta: in ejusdemq. sacelli ara corpus reconditur S. Catharinæ Senensis virginis præclarissimæ ex tertio ordine Prædicatorum, cujus opera in Gregorio XI revocando ex Galliis in urbem magno Reipublicæ Christianæ bono singulariter eluxit, de qua uberius nos in tract. de Virg. Ibi dem aliud quoque sacellum à Joanne Turrecremata Cardinali Ordinis Prædicatorum viro doctissimo B. Virgini Annuntiatæ dicatum est, ubi ab eodem sodalitas est instituta, quæ compluribus puellis nubilibus dorem assignat, quam summus Pontifex solempni pompa in illud templum veniens die ipso Annuntiationis Beatæ Virginis suis manibus eisdem distribuit.

*Tract. de
Virg. Joann.
nes Turre-
cremata
Cardinal.*

S. MARIA IN VIA.

S. Maria in Via religiofissimi ordinis Servitarum Templi hujus, ac nominis ea fuit occasio: cum anno salutis 285. Innocentio IV. pontifice Deiparæ imago quædam in tegula depicta per imprudentiam injecta esset in puteum, qui quidem puteus ad equorum stabulum, ac prope viam publicam (unde templi nomen traxit originem) situs erat in aedibus Cardinalis Petri Capocci: nocte quadam exundantibus putei aquis, & equi ipsum inundantibus, equorum strepitu exciti famuli eam imaginem aquis supernatantem conspexerunt: aditum eadere Cardinalem docent, qui magna pietate, ac reverentia Deiparæ simulacrum domi suæ primo reposuit; mox Innocentii Pontificis jussu ibidem à fundamentis excitavit ædiculam, in qua imago est collocata: tandem Patres Servitæ in amplio rem formam extruxerunt. Puteus vero ille intra templum conclusit. Eundem in puteum conjectum est lapidis frustum ex fonte Jacob, super quem nimirum Christus Dominus Samaritanam alloquens confederat: quocirca ad pietatis, ac fidei significationem ea ex aqua ægroti potissimum bibunt; & feria sexta Dominicæ tertiæ Quadragesimæ, cum legitur Samaritanæ Evangelium, eo in Templo Indulgentia plenaria est posita.

*S. Maria in
Via tem-
plum.*

*Deiparæ
imago in
puteum
projecta,
superflua
entibus
maribus
aquam ex-
pavit.*

Joan. 4.

VARIA IN URBE DEIPARÆ templa Sanctorum reliquis, vel aliqua alia ratione insignia,

S. MARIA NOVA.

S. Maria Nova in foro Romano, ubi olim S. Maria Solis, & Lucæ Favum prope ruinas Templi Pacis à Vespasiano magnificentissime extructi. Ea Deiparæ Ecclesia adjutium no. habet cœnobium religiofissimorum Patrum montis Oliveti, in cujus hortis, auctore Andrea Fulvio, extant vestigia ædicularum Iliidis & Serapidis: cumque antea diceretur Sancta Maria Vetus, postmodum à Joanne Pontifice VII. Pontifice annum Domini circiter 705. restituta, & exornata, exinde Nova appellata est, in ejus summo altari imago Deiparæ à sancta Luca coloribus expressa à Troas de hoc delata pie colitur; quæ, cum templum hoc

*Deiparæ
templi
in fo-
rum
à S. S.
stro
fice
pau-*

*Andria
Fulvius
Joan. 7.
Pontifex
Deiparæ
imago à
sanctis
no. laudat.*